

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad
Adventum

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Et statuet oves quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris. Qui nunc à
dextris volunt statui, tunc à sinistris statuentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44846

VERITATES PRACTICÆ.

QUIÆ multæ possunt ex proposita de promissione, designantur in 2. parte, Feria 2. Hebdomada primæ Quadragesima, quibus haec sequentes adduantur, servato narrationis Evangelicæ textu.

Cum venerit Filius hominis in maiestate sua,
Et omnes Angeli cum eo, tunc sedebit
super sedem maiestatis sua.

In regia Christi Maiestate nihil majus
quam Rex ipse Christus.

Vide in 1. parte, Die 6. Ianuarii, In die Epiphaniae Domini.

Lethale quodvis peccatum, crimen est
laetare maiestatis.

Vide in 1. p. 100/ Hebdomadam decimam in Appendice ad Missiones, Capite 13. ubi fuisse ostenditur quale sit malum Christi, peccatum.

Et congregabuntur ante Eum omnes gentes, &
separabit eos ab invicem sicut Pastor se-
gregat oves ab hædū.

Qui nunc Pastorem tuum non agnoscis
Christum, tunc te Christus suum
non agnoscet ovem.

Ratio qua te pótissimum spectat declarando
quod nunc in praxi Pastorem tuum non agnoscis
Christum, ac proinde tunc non agnosceris à
Christo tamquam sua ovis, hac est inter alias,
quod qui se non sinit pateti à Christo juxta suum
ordinem, prout alibi demonstratur, non agnoscit
Christum ut Pastorem suum, nec à Christo
agnoscetur tamquam ovis sua.

Sed si te nō nisi agnoscas quod non te sinit pas-
ter à Christo juxta ordinem tuum.

Ergo nec ab illo tunc cognosceris tamquam
sua ovis, sed velut hædus segregaberis ab ovi.

Vide in hac 4. parte, Feria 3. Et sequentibus
Hebdomada vigesima prima.

Et statuet oves quidem à dextris suis, hædos
autem à sinistris.

Quin nunc à dextris volunt statui, tunc
à sinistris statuentur,

Qui nunc primi esse volunt, tunc erunt
infirmi.

Quod quis interior est in ordine homi-
num, eo superior est in Christi ordine

Vide in 2. parte, Feria 3. Hebdom. 4. in Qua-
dragesima; & explana fusius quod habetur Ge-
neus Quadragesimo octavo, de duobus filiis Jo-
seph Ephraim & Mannasse, quorum ille minor
primo positus erat ad sinistram Jacob, & alter
major ad dextram: Post verò conversis & can-
cellatis à Jacob manibus, inventus est minor
in dextra Jacob, major autem in sinistra. Sic
plane qui si modo statui voluerit ad dextram tam
quam maiores & priores, tunc statuentur ad si-
nistram, pudendo certè dedecore.

Vide & suprà vigesima octava Dominica, ubi
multa haec spectantia.

Tunc dicet Rex his qui à dextris eius erunt:

Venite Benedicti Patrum mei, Prosidere
paratum vobis regnum a con-
stitutione mundi.

Inter Benedictos hic incipit benedicti
non cui melius omnia, sed qui ex o-
mnibus melior.

Vide in 2. parte, Die 21. Martij.

Quantam in te vim habet desiderium
Regni cœlestis, tantam tibi vim fa-
cies.

Sic dignum est cœlum nostris deside-
riis ut nisi cœlum desideres, cœlo sis
indignus.

Vide in 2. parte, Feria 2. & 6. Hebdomada Af-
fectionis Christi,

Esurivi enim & dedisti mihi manducare: siti-
vi & dediti mihi bibere.

Et quæ sequuntur, videnda in textu, ubi sex
genera misericordiæ corporalis recententur, se-
primum vero in libro Tobiae designatur, quod
est sepelire mortuos.

In parvis, major est servi Dei fidelitas.

In 1. p. Fer. 6. Hebdom. 6. post Epiph.

Cura rerum minimarum, tem procu-
ratur omnium maximam,

In 3. p. Sabbato Hebdom. 4.

Arts omnium artium quæstuosissima, est
Eleemosyna.

Nisi pauper affectus sis, vix satis affectus
eris in pauperes.

In 3. p. Dominicæ sextæ post Pentecosten. Vide
& Dominicam oīlavam.

B b b 3

Hoc